

Band X., Nr. 4479, Seite 210-211

Pfalzgraf Eberhard von Tübingen verkauft an Kloster Bebenhausen den Fronhof mit dem Patronatrecht der Kirche in Tübingen und andere Besitzungen.

Reutlingen, 1294. Januar 13.

Nos Eberhardus comes palatinus de Tuwingen dictus Schærer Constantiensis dyocesis notorium reddimus universis, quod ob immensam debitorum voraginem curiam nostram vulgariter dictam fronhof in Tuwingen sitam, cui annexum est ius patronatus ecclesie parrochialis ibidem, item omnes vineas nostras apud Tuwingen sitas preter vineam . . . dicti Frevel tria iugera continentem cum predictarum vinearum torculari hominibus agris pratis aliisque iuribus et pertinentiis universis, item lantgarbam nostram apud Tuwingen ex toto tam in vineis agris pratis quam aliis iuribus et pertinentiis universis, item Höhenberg cum descensu ex toto usque ad rivum Arlebach, simul cum omnibus fundis seu nemoribus usque ad castrum Æntringen ex ista parte eiusdem rivi aliisque suis iuribus et pertinentiis universis, item montem dictum Crûceberg cum vineis agris silvis nemoribus aliisque suis attinentiis universis nec non curiam nostram in Jesingen sitam cum silva sibi annexa agris pratis aliisque suis iuribus et pertinentiis universis, plerumque cum earundem rerum seu possessionum fundis areis domibus horreis censibus silvis nemoribus agris pratis vineis ortis pascuis aquis aquarum usibus viis et inviis immo prorsus cum ipsarum rerum iuribus iurisdictionibus onere dominio vero et utili suisque pertinentiis universis quocunque nomine censeantur religiosi viri . . . abbati et conventui monasterii in Bebenhusen ordinis Cisterciensis Constantiensis predicte dyocesis pro nongentis et quinquaginta libris denariorum Hallensium, quas ab eisdem nos recepisse et in evidentem nostre necessitatis redemptionem convertisse presentibus profitemur, vendidimus absolute ac omne ius corporale et incorporale, quod nobis in eisdem venditis competiit vel competere potuit, in ipsum monasterium Bebenhusen transtulimus ac ipsos abbatem et conventum in ipsarum rerum possessionem misimus corporalem. Sed et ius patronatus ecclesie in Tuwingen predicte nobis et nostris heredibus minime retinimus, sed cum universitate rerum premissarum tanquam annexum eisdem transire volumus ac legitime transisse in ius ac possessionem sepefati monasterii presentibus profitemur, adhibitis universis et singulis premissis verborum et gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, nichil etiam iuris facti vel occasionis nobis aut aliquibus nostris heredibus seu successoribus in predicto vendito reservamus. Quapropter per sollempnem stipulationem promittimus, quod in supradicte venditionis casu ab evictione

II

cavebimus et super eo nos statuentes perpetuum warandum serie presentium renuntiamus pro nobis nostrisque heredibus seu successoribus quibuscunque exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii doli malitie pacti conventi actioni in factum restitutioni in integrum gratie habite vel habende et generaliter ac specialiter omni exceptioni seu defensionem legum et canonum, quibus mediantibus de facto iure vel consuetudine in iudicio vel extra iudicium quicquam posset premissis contrarium attemptari. In quorum omnium perpetuam firmitatem presens scriptum sepe dictis religiosis tradidimus nostri sigilli pariter et universitatis civium in Rütelingen fideliter communitum accedente testimonio Dietheri dicti Herter de Tusselingen, C. militis de Wildenowe, Al. dicti Bæhte capitanei in Rütelingen, Al. dicti Hurnboge, Waltheri de Haigingen, . . . dicti Lûze, C. dicti Vogelli, . . . dicti Gelaite civium in Rütelingen et aliorum fide dignorum per omnia plurimorum.

Actum et datum in Rütelingen, anno domini MCCXCIII., idus Januarii, indictione VIII.

—

Textabdruck folgt dem Original.

An weißleinenen Litzen zwei Siegel, 1) des Pfalzgrafen, s. WUB, Bd. IX, S. 169, Nr. 3686. 2) der Stadt Reutlingen, s. WUB, Bd. VIII, S. 389, Nr. 3231.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 2044

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift von 1480 Juni 19: HStA Stuttgart A 474 U 2142.
Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 18, fol. 66.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 356. Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen,
Urkundenbuch, S. 66, Nr. 64 (Auszug).

Regesten:

UB Reutlingen Nr. 43 S. 26.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Reutlingen

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Dußlingen Wohnplatz (16108)

Dußlingen, Tü

Hayingen Wohnplatz (15868)

Hayingen, RT

Hohenentringen Wohnplatz (16226)

Hohenentringen, Ammerbuch, Tü

Konstanz Wohnplatz (14442)

IV

Konstanz, KN

Reutlingen Wohnplatz (15981)

Reutlingen, RT

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÛ

Unterjesingen Wohnplatz (16216)

Unterjesingen, Tübingen, TÛ

Wildenau Wüstung (23697)

Wildenau, Pliezhausen, RT, W